

Christian Woldenberg Georg Amsel

Disputatio Iuridica De Calumniatoribus Et Iuramento Calumniae

Rostochii: Kilius, 1669

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740061526>

Druck Freier  Zugang




Rechtsverbrechen
und Mord

RU für 1669

Christian Woldeburg, P^{oss}

Georg Amosel, P^{oss}



DISPUTATIO JURIDICA

24

De

CALUMNIA-
TORIBUS.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Et

JURAMENTO
CALUMNIÆ,

Quam

permissu & suffragio

Amplissimæ Facultatis Juridicæ in alma

Rosarum Academia

SUB PRÆSIDIO

VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi,

atque Excellentissimi

DN. CHRISTIANI WOL-

DENBERGII, Crempâ-Holsati, Ph. J. U. D.

Decretal. P. P. Duc, Consist. Afls. & Comitiss

Palat. Cæsarei

Dn. Patroni & Præceptoris sui Observantissimi

publicè examinandam proposuit

GEORG Umsel / Rostoch. Meclenb.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 6. Octobr. An. 1669.

DN. VINCENTIO PLACCO

EXPOSITIO JURIDICA

DE

QUALITATE

FORIBUS

JURAMENTIS

QUALITATE

EXPOSITIO JURIDICA

DE

QUALITATE

EXPOSITIO JURIDICA

DE

EXPOSITIO JURIDICA

DE

EXPOSITIO JURIDICA



DEO DUCE ET AUSPICE.



N cuius nomine ad omnia consilia omnesque actus cum religiosissimo Imp: Nostro progredimur *l. 1. §. cumque 5. C. de V. l. E. l. 2. princ. C. de off. Pres. prat. Afric. & absque quo nihil unquam commodè geri potest Nov. 164. in princ.*

Proœmium

Disputationem scribentibus salubre consilium videtur propinare *l. 25. pr. ff. de liberat. legat. l. nam ad ea 5. ff. de h. nempe ut præ aliis attingant ea, quæ sunt quotidiana d. l. 25. & utilitatem aliquam adferant. Nov. Leon 46. quæ verò ad nihil conducunt, contemnant, nec eorum ullam habeant rationem; d. nov. Et Aristippi responsum: Ea potissimum Juvenibus discenda, dicentis, quæ Viris maximè usui futura; & Seneca querela: Summam esse dementiam, in tanta temporis egestate supervacanea discere; fatuitatem summam, Jus abolitum, defœcatas antiquitatum quisquillas scrupulosè indagare, in non necessariis incanescere, & decisiones quæstionum cotidie occurrentium, ignorare. Quo pertinet illud Catulli.*

*Turpe est difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.*

Id! mecum! hætenus pensavi; sedulo, & cum stare sententia, submittere aliquam materiam Istorum censuræ & examini, placuit in innumeris aliis, voluminosum Jus quas continet, & quasi medio ex profundo §. 2. proœm. Inslis. hanc de Calumniatoribus legi: quippe quæ in aliis bene multis vix quotidiana! & utilissima, tum jucundissima,

A 2

& scite

& scitu maximè necessaria. Quotus quisq; enim est, qui non rapiatur in ius? ita hodiè Prætoria fallacibus & malitiosis postulationibus personant, & si accusare sufficeret, quemadmodum Ictus inquit, nemo nunc foret innocens. *Gothofred. ad l. ult. C. de accusat. & inscripti.* Ut verò commodissimè tradam singula, d. §. 2. *proam. Inst. methodum*, quâ impræsentiarum nitor, en tibi in sequentibus: primò excutietur Etymologia & origo vocis; dein homonymia & usus; postea examinabitur definitio, denique caussa efficiens & materia, quam excipient requisita; postremò finis & poenæ, quibus subnectemus affinia.

At Vos O Superi, & Divum tu maxime Rector,

Da facilem cursum, atque audacibus annue ceptis.

DE CALUMNIATORIBUS

Thef. I.

Dicit Vlpianus in l. 1. D. de reb. credit. potio rem rerum, at priorum verborum habendam rationem; Et Scaliger: oportere prius vocis usum cognoscere, quo provehamur in rei perceptionem. *exere. 1. de subtilitas. in pr.* quod ipsum sequor, & notationem nominis, de quo acturus sum, præmitto brevibus. Calumniatores itaque à calumniando, quæ vox aliquando generalissimè accipitur, trahiturque ad quemcunque malevolum; quo sensu Imperator officio Principis convenire ait, per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellere. *prin. proam. Inst. h. e.* per leges & magistratus delinquentes coercere; l. 1. & t. t. ff. ad Sæm Turpil. vid Hahn. *ad Wesemb. h. t. num. 3.* Hinc omnes hi generaliter calumniatores vocantur; qui moras & frustrationes fraudulentas litium nectunt, qui in termino accusationi prosequendæ constituto non adsunt; qui in quacunque caussa litibus alios per fraudem vexant; quique de re minima criminalem exordiantur litem. *Ant. Peretz. in prælect. ad C. h. t.* quales Advocati quidam, defendentes pessimas caussas orationis fucos, optimas ingenii calumnia ludificantes, qui vocantur ab Aristophane in versis: ὀρθοφοιστικὸς φανὶς δικομηλαίτωρος. Aliquando vero specificè, prout in rebus judiciariis usurpatur, & significat, per mendacium agere vel excipere, ad negotium alicui faciendum. l. 1. h. t. *Bernh. Schotan in enam. Jurid. cod.* quo significatū utitur etiam Paulus l. 1. *sens. cap. 5. & t. t. C. de jur. propt. cal. it. Cic.* nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. *orat. ad Verr.* & descendit à calumniâ

calumniā, propr. malitiosa interpretatio, delatio, ein verfälschung /
 vertehrung des Rechtes / der Worte; falsches angeben/oder verleumb-
 dung *Fab. in Lexic.* Aufonio Popma dicitur callida quaedam fallendi
 ratio, cum malevolentia conjuncta. *l. i. de differenti. verb.* quod pro-
 bat inscriptio Harmenopuli *περί Συκοφαντῶν καὶ τῶν Φλαγίας-
 εὐσεκόνων* i. e. de calumnia, & iis qui famosum libellum reperiunt.
promptuar. Jur. Civ. lib. 6. tit. 9. idque secundum Priscianum & Bedam,
 ab antiquo calvo, is, quod est decipio, frustror, qs. calvimonia,
 denn sie betrenzt die Leuth / indem sie mit Unwarheit berichtet / græcè
διαβολή, Ein böshaffriges auflegen / und wissendliche vertehrung
 dessen / so von einem andern guter meinung geschehen ist. *Corvin. in Lex-
 nico.* inde *Sallust. apud Prise. l. 10.* contra ille, inquit, calvi ratus, i. e.
 decipi. & illud Comici: ubi domi sola sum, sopor manus calvitur.
Casin. a. 2. Sc. 2. h. e. frustratur & decipit; quemadmodum Taub-
 mannus d. l. explicat. Et Jctus Gajus: Si calvitur, & moretur, &
 frustretur. *l. 233. de verb. signif.* Hinc appellati calumniatores, quia
 per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus, inde etiam cavil-
 latio dicta. *textus in d. l. 233. h. e.* frustratio, deceptio; & calvitas. *l.
 29. §. in omnibus §. ff. mand. h. e.* calliditas, deceptio, fraus. *Joh. Gœd-
 deus ad d. l. 233.*

Thef. II. Vidimus rubricæ etymon; restat, ut de Homonymia
 dispiciamus. Ita vocabulum Calumniatoris vel criminaliter sum-
 mitur, vel civiliter. *Arnold. Corvin in aphorism. Digest. h. t. Paul. lib. 1. sent. c. 5.
 Harpr. tract. crim. ad §. 10. Inst. de injur. n. 88.* priori modo eum denotat, qui
 falsa crimina sciens intendit *l. 1. §. 1. ff. ad Scitum Turp. Wesemb. in paras.
 n. 3. h. t. st. C. de Calumn. & X. de calumniatoribus.* posteriori eum,
 qui vel malâ fide litigat, & temerè controversiam movet. *l. 39. §. 1. ff. de
 liberal. caus. l. 6. §. f. ad Scitum Turp. l. si calvitur. 233. de V. S. proæm. Inst.
 in pr. vel qui pecuniam accipit, ut calumniæ causa negotium faciat.
 rubric. de calumniat. l. 1. in pr. & l. penult. ib. Arnold. Corv. posth. Pac. ad
 hanc rubric. Wesemb. d. l. de quibus passim Lexicographi, & præcipue
 Calvinus in verb. per calumniam petere. Adde & *Pardulphum Præcium
 in Lexico jur.**

Thef. III. His ita præcognitis ipsam definitionē aggredior, ductus
 trito illo, quod post Aristot. asserit *Mynsing. pr. Inst. de Just. & l. num. 5.
 scilicet optimam esse traditionem, à definitione quæ proficiscatur, per
 quam*

244
quam plenè, quid res sit, intelligitur. Placet autem inter alias illa, quâ calumniator dicitur ille, qui pecuniâ accepit, aut aliud commodum sensit, ut sciens prudensque alicui fraudem in iudicio, civili privato, criminali publico, vel agendo vel accusando, vel excipiendo, vel defendendo negotium faceret, vel non faceret. *l. 1. l. 3. §. fin. l. 7 & l. pen. h. t. & t. t. C. de juram. propt. calumn. dand.*

Dixi primò: qui pecuniam accepit, aut aliud commodum sensit; Et generaliter, idem est, si quid omninò compendii sensit propter hoc. *text. in l. 3. in pr. ff. d. t.* Sive ergò in specie numerata ei sit pecunia, vel propterea res aliqua utenda data, vel minoris locata, vel vendita, vel sit obligatione aliqua liberatus, pecuniam accepisse dicitur. *per l. 1. in f. eod. vid. Myns. ad §. quadrupli r. Institut. de action. n. 31. & 32.* quippe cum pecuniæ verbum simpliciter prolatum non tantum rem significet mobilem, & quantitatem, verum etiam rem immobilem, neque solùm species & corpora, sed etiam jura, & univèrsitatem *Joh. Göëdd. ad l. 5. de Verb. Sign.*

Dixi secundò: sciens prudensque. ratio est, quia ignoratio iusta & probabilis nemini debet damnum adferre *§. item si 10. Institut. de mand. §. 1. in princ. Inst. de vi bon. rapt.* Ex quo inferitur: non calumniari eum, cujus justus intervenerit error. *l. 1. §. 3. ff. ad Sclum Turp. c. notandum. 8. caus. 2. quest. 3* puta quod existimaverit, se bona instantia uti & ad contradicendum valida. *§. 1. Inst. de pœn. rem. litig.* sunt enim contraria, verè & calumniosè accusare; qui per errorem accusat, neque verè accusat, quia errat: neque calumniosè, quia fallendi animus ei deest *Corhofer. ad l. 1. §. 3. lit. 9. ff. de Sclum Turpil.*

Dixi tertio: fraudem faceret. quæ vox denotat princeps requisitum calumniæ, videlicet dolum; cum non protinus calumniari dicendus sit, qui non probat, quod intendit; sed inquisitioni locus est, & arbitrari Judex debet, qua mente ductus ad accusationem processerit: Sunt verba *d. l. 1. §. 3.* Etenim in delicto voluntas attenditur. *argt. l. 20. C. ad l. Jul. de adult.* distinguuntque maleficia animus & propositum delinquentis. *text. in l. 53. in pr. ff. de furt.* Unde, si quis non animo & causa calumniandi, sed debiti nomine pecuniam accepit, vel animo transigendi; teneri hoc iudicio nequit. *2. Manz. ad §. quadrupli. Inst. de action.* idemque est, si iusto dolore potius, quam calumniandi

maniandi animo ad accusandum videatur progressus, ut sunt parentes liberique, qui suorum persequuntur injuriam. *l. in scdm 15. §. 2. ff. de scdo Turp. l. 2. & l. 4. C. de calumn. l. 2. C. de abolit. l. fin. ff. de pub. Jud. Wesembec. ad tit. de scdo Turpil. n. 3.* Similiter, si mater filii necem vindicet, *l. 2. C. h. t. filius necem prosequatur patris. d. l. 4. C. h. t.* Sed & extraneus heres, qui suspicionem, quam de morte sua habuisse defunctus cavet, exequitur, hoc nomine à calumniâ excusatus est, etiamsi non probaverit crimen, cum inter voluntariam accusationem & officii necessitatem heredis multum intersit *l. 2. in f. C. eod. eadem ratione officii necessitas tutorem, curatorem, & fiscum, & obsequii ratio & vinculi & pietatis necessitudo proximiores à dolo excusant, uti Dd. ad d. l. 2.* Si verò evidenter calumniatum deprehenderit Judex, legitimam ei irrogat poenam: Id quod pronunciando declarat; namque ita pronuncians, **Non probasti; pepercit: dicens verò, calumniatus es:** condemnavit. Et licet poenam tacuerit, tamen adversus eum legis exercebitur potestas *l. 1. §. 3. ff. ad scdm Turp* Hinc est, quod ex præsumpta calumnia damnari neminem fas sit, sed constare debeat de dolosa & fraudulenta accusatoris mente; & si verisimilibus indiciis usus fuerit in accusatione, quantumvis probatione defecerit, calumniæ effugit poenam, nec detrimentum existimationis patitur ullum *per l. 3. C. h. t.*

Dixi quartò: in judicio, quia si extra judicium pecuniam ipsi dederim, ne calumniam mihi inferret, i. e. ne me spoliaret, aut verberaret, habet locum actio quod metus causâ. *Mysf. ad §. 25. Inst. de action. num. 37.* addidi: civili privato, criminali publico. Ita loquuntur Dd. nempe cum Judicium aliud civile sit, aliud criminale; illius finis est pecuniæ consecutio, hujus vindicta; diciturque civile privatum, quod ei soli competit, cujus interest, & cujus persecutio non nisi læso datur. *l. 8. §. 6. ff. mand. l. 30. §. 1. ff. de leg. Corn. de fals.* Criminale publicum, cujus persecutio cuivis ex populo datur, etiam non læso, & qui nullum privatum interesse habet. *§. 1. Inst. de pub. Jud. vid. Corvini posth. Pac. l. 2. def. 22. 23. 24 & 25. Casp. Manz. ad princ. Inst. d. 1. propriè vocamus, quod de atroci crimine, cujus vindicta ad Rempub. pertinet, publicè constitutum est. Ludvv. in comm. super §. 1. Inst. d. 1. & quidem Jure Civili, cum hodiè omnia Judicia criminalia publica videantur, & in omnibus ferè criminibus nunc per inquisitionem proceditur, quæ nota est publicorum Judiciorum, Ex Claro Vinn. ad §. 1. Inst. de pub*

de pub. Jud. in illo, veluti actione pro socio, depositi, mandati, tutelæ dire-
cta non contraria *l. 1. vers. qui pro socio. l. 6. §. mandati s. ff. de his qui not.*
inf. in hoc. v. c. expilatæ hereditatis. *l. 12. C. ex quib. caus. infam. irr.* sepul-
cricriolati. *l. 1. ff. de sepulc. viol.* turti actione, injuriarum, vi bonorum,
raptorum *l. ult. de furt. l. ult. de injur. l. 7. de pub. jud. Schnobel. in disput.*
Pand. 3. th. 10. prout a. in diversis actionibus apparet, diversimodè et-
tiam consideratur calumniator describiturque. In criminali actione
dicitur falsa crimina scienter prudenterque intentare *l. 1. §. 1. ff. ad*
Scam Turpil. in civili verò, per mendacium & calumniam agere vel
excipere ad negotium alicui malitiosè faciendum *l. 1. C. de jur. propi.*
calum. Harprecht. tract. crim. tit. de injur. num. 87. & 88. cum al. ibid. al-
leg. vid. thes. preced.

Dixi quintò: vel agendo, vel accusando, vel excipiendo, vel
defendendo negotium faceret. scilicet uti adversarium malitiosa lite
divexaret. quæ verba perspicua sunt, nec explicationis indigent. Se-
quitur, vel non faceret. putà quando reus paciscitur dato aliquo, &
se mavult à calumniis redimere, quam improbis & falsis postulatio-
nibus trahi, vel si ab alio acceperit pecuniam, ut ne faceret negotium.
l. 7. ff. h. t. nam non solùm qui pecuniam accipiunt, ut calumniam
struant innocentibus, hoc edicto tenentur, sed etiam alii, qui pecu-
niam accipiunt, ne calumniaentur. *zas. Giphani l. 4. disput. 43. n. 21.* Et
quocumque modò depectus quispiam sit, h' e. turpiter pactus *l. 3. §.*
2. eod. ut calumniosa abstineret lite, calumniosus esse dicetur, & tene-
bitur. *Wesomb. ad h. t. n. 3.* perindeque est, feceritne post pactionem,
alicui negotium, nec ne. *d. l. 3. §. 1.* id quod contra rationem juris
videtur constitutum, cùm oporteat crimina assumpto actu intelligi, &
subsecuto demum eventu. *per l. fugitivus 225. ff. de V. S.* Sed subest ali-
qua specialitatis ratio, & receditur à jure communi, sicut in aliqui-
bus obtinet. ex. gr. in crimine læsæ Majestatis *§. 3. Inst. de pub. Jud. l. 5.*
C. ad l. Jul. Maj. raptus. l. si quis s. C. de episc. & Cler. servi corrupti. l. 20.
C. de surr. §. 8. Inst. de oblig. quæ ex del. nempe quia delicta hæc valde
sunt perniciofa, & facile trahuntur ad exempla, in quibus punitur
affectus, & improbus conatus, licet eventus non sequatur. *c. 4. extr.*
de bigam. modò jam ad actum exteriorem perventum sit, & affectus
per signa demonstratus. *Mynsing ad §. sed etsi 8. Instit. de oblig. quæ ex*
del. n. 3. in f. namque cogitationis poenam nemo facile patitur.
vid. Casp. Manz. §. 3. Inst. de pub. Jud. n. 4. & 5. per l. 18. D. de pen.

Thef. 4.

Thef. III. Causa efficiens calumniae est commodum privatum, quod exinde calumniator expectat, quod vel in pecunia consistit, vel in quocunque alio compendio, quod quis propter illud sensit. *d. l. 3. in pr ff. h. r.* namque privata utilitas aliquem calumniosè in iudicio negotium jubet facessere, quæ ad hoc, ut quis de calumnia suspectus revera sit, maximè necessaria est, *d. l. 3.* Et quamvis honestè pecunia, ne patiatur calumniam innocens, detur, tamen turpiter accipitur; ipse enim ultrò debebat continere manus, cohibere mentem, consilium, animum, ut abstineret ab hujusmodi calumniis: nam, quod accipit pecuniam, ne peccet, omnium verberò maximus est, & raptor, & fur manifestus, innocentes per fraudem & calumniam expilans. *vid. Hub. Giphan. l. 4. diff. Jur Civ. 43. th. 13. 14.* turpiterque facit, qui pro eo pecuniam accipit, quod facere omnibus modis tenetur. *Gothofred. ad l. 4. & l. fin. C. de condict. ob turp. caus. Osterman. in ration. tit. de action. §. 25. in f.* Undè gratis debemus benefacere, non propter pecuniam. Sic intellige verba definitionis, faceret, vel non faceret. hinc sumenda explicatio. *l. & generaliter. 3. §. hoc edito 2. ff. de calumn.*

Thef. V. Objectum sive materia circa quam versatur calumnia, sunt in genere omnes causæ, quæ deducuntur in iudicium, & in quibus calumniosè vexari aliquis potest, sive causa sit civilis privata, sive criminalis publica. *vid. th. 3. princ. ib. dicend. 2.* nec distinguitur, utrum causæ illæ magni sint momenti, an vero exiguæ vel modicæ, nisi quod in his mitior calumnianti irrogetur poena, & extra ordinem puniatur officio iudicis, pro qualitate admitti, sine periculo infamiæ *l. 5. C. h. r. l. 3. ff. ad scdm. Turpil.* in illis graviori poenâ adficitur, quippe major ejus est in gravioribus criminibus culpa. neq; interest in causis primæ instantiæ, an in secunda instantia, nempe causâ appellationis calumnia fuerit facta. namque in similibus eadem ratio est; maximè cum in his causis omnibus iurandum de calumnia præstandum veniat; ubicunque ergò de calumnia juratur, ibi calumniam metui oportet, atqui non minus in causa appellationis, quàm in causis primæ instantiæ de calumnia juratur, cum sæpè etiam appellatio temerè & injustè fieri possit. *l. qui bona fide. 13. §. si qui stipulaturus. 12 ff. de damn. inf. Rosbach. in prax. civ. tit. de juram. calum. 50. n. 7. in f. Ayer. in process. Jur. histor. part. 1. cap. 11. observ. 2. n. 18. vers. decimò ampliatur.* Ergò. Huic objiciunt alii novell. 49. c. ult. ibique

B

Gloss.

Gloß. in verb. nequaquam. & auth. hoc sacramentum. inde defumtam,
C. de iurejur. propt. cal. existimantes, in causa appellationis super cal-
lumnia jurandum non esse, propterea quod iuramentum calumnie
in una & eadem causa, ad totam causam præstari non nisi semel de-
beat, & causa appellationis una sit & eadem cum causa principali. l.
unic. C. ne liceat in una eadq. caus. ser. prov. l. 4. C. de tempor. & reparat.
appellat. seu conf. Can. si autem 19. vers. si quis in quacunque lite. causa 2.
quæst. 6. sed quàm malè, patebit nostra ex responsione; regerimus
scilicet, causam principalem cum causa appellationis eandem quidem
esse, putà quoad merita causa, diversam verò separatamque, qua-
tenus sunt diversa & separata iudicia; quippe aliud est primæ, aliud
secundæ Instantiæ iudicium, utrobique alii sunt iudices, & alia quo-
que in pronunciando servatur ratio. can. Ofus. 7. cano. 6. quæst. 4. can.
si quis episcopus. 36. caus. 2. quæst. 6.

Thef. VI. Requisita hujus calumnie sunt. 1. ut calumniatus
acceperit reapse pecuniam, aut aliud quid compendii pro pe-
cunia. *per l. 1. §. 4. ff. de calumniat. 2. ut fecerit hoc sciens prudensque,*
3. ut fraudulento animo; hinc propter solam turpem voluntatem in-
vidit aliquis, in poenam calumniantium, qui accepit pecuniam, uti
negotium faceret, licet reipsa nondum fecit; scilicet si hæc voluntas
externis quibusdam indicis sit patefacta. g. e. qui venenum erant, ut
patri daret, sed dare non potuit, parricida est, ex l. 1. in f. ff. de l.
Pompei. de parric. & quando deventum est ad actum maleficio proxi-
mum, quando processum ad actum aliquem ordinatum ad ipsum fa-
ctum, etiam exteriorem; nam solus tractatus h. e. cogitatio & inten-
tio, ne quidem in delictis atrocissimis punitur.

Thef. VII. Finis est, ut vel agendo, vel accusando, vel exci-
piendo, vel defendendo negotium alteri fiat, vel non fiat. *l. 1. in prin.*
ff. de calumniat. & consequenter innocens sub specie alicujus crimi-
nis malitiosa divexetur lite. l. 8. ff. eod. & licet eventus hic non securus
sit, tamen sola spectatur voluntas, & sufficit animum habuisse & in-
entionem faciendi, quantumvis postea non perducta ad effectum fue-
rit calumnia. qua de re vide thesin. præced. 6. & super. 3. dicend. 5. &
Cass. Manz. ad §. 25. Institut. de action. num. 12. Mynsing. eod. §. n.
29. & 30.

Thef. VIII. Effectus calumnie est obligatio. Scilicet expe-
cti juris est, obligationem quovis ex delicto nasci. Unde nemo mi-
rabitur,

rabitur, calumniatores quoque obligari ad certam poenam; quippe cum lex universos obliget, vel ad obedientiam, vel ad poenam. nec obstat, quod consensus delinquentis quoad poenam nullus dari possit; quia consentire etiam putatur, qui vel scit, vel etiam scire debet, quod futurum est. *argt. l. si voluntate. §. C. de rescindend. vendit.* Itaque, licet precipua intentio delinquentis fuerit, malefacere saltem, non vero male recipere; attamen cogitavit, consensitque, vel cogitasse tantum & consensisse praesumitur; ut si res male atque secus, quam opinatus erat, cesserit, puniretur. Hinc geminam obligationem concurrere in delictis, unam respectu legum delicta vetantium, alteram intuitu delicti ipsius,

Thef. IX. Ex hac obligatione nascitur actio calumniae, quae proponenda venit hoc modo: Actor coram Iudice comparet, & dicit cum Reo nihil sibi unquam negotii fuisse: Reum verò 20. aureos accepisse, ut sibi Actori litem moveret, scivisse vero, nihil se juris habuisse, ex quo Actori iudicium dictare possit; nihilominus tamen à Reo apud talem Iudicem Actorem sesquiannum vexatum; petere itaque se, Iudicis sententia pronunciari, Reum dictam pecuniam calumniosè, & contra juris prohibitionem accepisse, ipsumque condemnari, ut actori quadruplum ejus i. e. 80. aureos persolvat. *Oldend. class. 1. act. 10. Mynsing. ad §. 25. Institut. de act. in fin.* Datur ei, propter quem datum est, ut calumnia ei fieret. *l. 3. §. illud. 3. ff. h. t. adversus eum, qui ad hoc locat operam suam pro pecunia, aut alio quovis lucro, ut negotium alteri faciat.* Deinde etiam illi conceditur, qui dedit, ne fieret, & cujus nomine & mandatu datum. *l. 7. eod. Mynsing. d. l. n. 42. & 44.* Datur contra heredem, in id, quod ad eum pervenit. Nam est constitutum, turpia lucra ab heredibus quoque extorqueri, licet crimina morte delinquentium extinguantur. *l. ult. ff. ad l. Jul. Maj. l. 5. ff. h. t.* quia & Publicani in factum actione ex hoc edicto tenentur, nempe si turpiter versentur, & in teloniis concutiant. *l. 7. §. 2. eod.* Heredi non competit; quia sufficere ei debet, quod pecuniam à defuncto datam potest conditione ob turpem causam, repetere. *l. 4. ff. eod.*

Thef. X. Causa hujus actionis delictum calumniae est: probare autem debet Actor, reum accepisse pecuniam, vel iussisse dari alii, ut negotium faceret; dein, quod calumniosè acceperit, & dolo malo, vexandi adversarium, licet secutus nondum sit exitus, vel calumnia.

luniam. Et quoniam difficulter ostendi dolus potest, hinc conjecturis uti, & iudiciis licitum est. *l. cum hi. 8. §. sed & personarum. ff. de transact.* Talia sunt, inquit Mynfinger, si causa, ob quam de nudo agit, inter calumniantem fuerit jam ante & adversarium composita & sopita; si nihil probaverit, si abs lite capta in criminalibus destiterit, & id genus alia. *l. 1. C. de advoc. divers. Judic. l. 3. in pr. vers. ideoque Divus. ff. de testib.*

Thef. XI. Poenæ, ad quas calumniatores obligantur, diversæ admodum sunt; aliæ de jure veteri, aliæ jure novo introductæ. Olim lex erat Remmia, vel ut alii legunt, Memmia, cujus Cic. in Rosciana & Cecinniana mentionem facit; item *Val. M. lib. 3. c. 7.* quæ animadvertibat in calumniatorem satis acriter; dum fronti jubebat literam K. vel C. inuri: quæ literæ Calumniatorem designare poterant, ut pote initiales hujus vocis. *l. 1. §. calumniatoribus. 2. ff. ad scdm Turpil. Gothofred. in not. ib. vid. l. calvitur. 233. ff. de V. S. & ibi Goedd. Alciat. id quod colligitur ex l. 13. ff. de testib. ubi viro integro non inscriptæ frontis dicitur habenda fides. vid. iterum Gothofred. ad §. hunc.* Postea prohibuit Constantinus maculari faciem, tanquam ad similitudinem pulcritudinis cælestis figuratam. *l. si quis in metallum. 17. C. de poen.* fuit & olim pecuniaria poena, sicut patet ex §. 1. *Institut. de poen. rem. litig.* quæ in civilibus tantum obtinuit, unâ cum infamia *Peretz. prælect. in lib. 9. Cod. h. r.* In publicis vero iudiciis calumniantes similitudo supplicii deposcit ad vindictam. *l. fin. C. de accusat. & inscrip.* seu poena talionis, cui subicitur calumniator, & ad quam initio accusationis certis solennibus olim se inscribebat accusator; ut constat ex *l. 7. C. h. r.* Quæ inscriptio dudum ab usu recessit; ne metu talionis absterreatur accusator. at ne impunitam fore noverint licentiam mentiendi, *d. l. ult. C. de accusat. & inscrip. l. ult. C. h. r.* omnes & singulos comitatur infamia. *l. 1. vers. qui in iudicio. ff. de his qui not. inf.* Tenentur etiam calumniatores lege Julia repetundarum *l. 1. §. 1. ff. h. r. l. lex Julia 7. ff. ad l. Jul. repet. iudicio concussionis. l. 2. ff. de concussion. de falsis. l. 1. §. 1. ff. d. l. Cornel. de fals.* & sic variè pro modo & varietate delicti plectuntur, addita semper per Prætoris edictum infamiæ maculæ, cum in iudicio publico calumniæ prævaricationisve causa quid fecisse iudicati fuerint. *d. l. 1. ff. de his qui not. infam. l. 4. ff. de prævaricat. Hostiens. n. n. h. r.* notanter dico: si iudicati sint; namque ita demum notatur calumniator, si fuerit calumniæ causa damnatus. *per l. 4. §. 4. ff. de*

ff. de his qui not. inf. vid. sup. ib. 1. dic. 3. Et his quidem nullius juris color veluti derivata excusatione proficit, non publica quidem abolitio, non privata, non specialis indulgentia, nec beneficium eos quidem generale subducit, quemadmodum *Imppp. Gratian. Valent. & Theodos. in l. 9. C. h. t.* Calumnia autem eo tempore coerceri solet, quo de causa principali presente accusatore judicatur, & quidem in eodem iudicio, sine nova instantia; igitur, nisi tempore sententiae conquestus sit de calumnia accusatus, postquam de causa jam iudicatum est, frustra agit, & contra consuetudinem & juris rationem, puniri accusatoris calumniam desiderat. *text. in l. 1. C. h. t.* Adde *Haerfelt. in adversar. action. p. 1. a. 19. n. 20.*

Thef. XII. Competit autem hæc actio in quadruplum, intra annum, idque exemplo actionis vi bonorum raptorum. ratio, quia, ut supra monui *ib. 4.* species quadam rapinæ est, & furti manifesti, per fraudem & calumniam innocentes expilare. *l. 1. ff. h. t. Wesemb. ib.* intra annum dico, quoniam prætoriam pœnalis est, cuiusmodi actiones intra annum tantum dantur. *pr. Inst. de perver. & tempor. act.* post annum in simplum; quod genus, etiam si prætorium, tamen perpetuo competit. *Manz. ad §. quadrupli 25. Inst. de action.* Finitur morte: quia mors omnia solvit, *Novell. 22. c. 20. pr. ibiq. Gothofred.* solvet etiam hanc actionem calumniæ, & quidem tam illius qui calumniam passus est, quam ipsius calumniatoris antè litem contestatam, quippe cum calumnia ante probari nondum potuit; post litem verò contestatam, morte ejus, qui per calumniam vexatus est, non aboletur; namque interest Reipub. ne delicta mancant impunita. *per vulg. l. ita vulneratus § 1. §. 2. vers. quod si. ff. ad l. Aquil.*

Thef. XIII. Differt Calumniator à Prævaricatore, quod hic ex utraque parte constitit, perdita sua causa *l. 4. §. pen. vers. prævaricator. ff. de his qui not. infam.* ille saltem ex alterutra; quasi varicator, quia causam suam adversario donat, & ex parte actoris in partem rei concedit, dictus à variando. *text. in l. 212. ff. de V. S.* quia vera crimina abscondit, colluditque cum reo, & translatio munere accusandi fungitur; eò quod proprias quidem probationes dissimulet, falsas vero accusationes admittat. *Wesemb. in paratit. de prævaricat. n. 5.* metaphorà à vocula varices desumpta; de quibus ita Alciatus: noxiæ venulæ sunt in cruribus, quæ propter atram bilem insurgunt, quibus qui laborant, rectè ire nequeunt. Sic & hi, cum ex parte veri accu-

fatoris in partes defensoris deflectunt; quod faciunt, cum falsas exceptiones admittunt, & iustitiam causæ suæ deserunt, non rectè ire dicuntur. Differt quoque à Tergiversatore, qui in univèrsum ab actione desistit, antequam reum peregit. *l. 1. §. 1. ff. ad sctum Turpil. subaudi, citra abolitionem. l. 2. C. ut intra certum tempus.* quippe nemo tergiversari creditur, cum hæc à Principe impetratur; namque poenam nullam meretur, quod sit auctore magistratu. *l. 7. §. 4. ff. de Jurisdic. l. 4. pr. ff. de aqu. & aqu. pluv. videtur autem desistisse, si intra præfinitum accusationis à Præside tempus reum suum non peregit. l. 6. §. 2. ff. ad sctum Turpil.* quod in criminalibus biennium erat. *per l. 13. C. de Judic.* metaphora ex voce tergum derivatur; & propriè illos appellamus, qui terga vertentes adhuc tamen pugnant, nec sese victos fateri volunt.

Thef. XIII. Opportunè & commodè huc refertur quæstio, an & qualiter sine metu calumniæ desistere quis ab actione possit? Equidem, qui accusare vult, dato fidejussore cavere debet, se peracturum crimen, nec desitutum. Et certum est, dignum esse poenam eum, qui ad iudicium provocavit, & ceptum deserit per contumaciam. Unde, cum sit in arbitrio actoris, accusationem suam instituire, *t. t. C. ut nem. acc. vel agere cog.* si ante contestatam litem copiam sui non fecerit admonitus, Reo præsentì absolutio conceditur, litisque & sumptus itineris reddere absens tenetur, prætereaque extra ordinem æstimatione Judicis punitur. *per l. 3. C. de his qui accus. non poss. novell. 12. cap. 3.* idque propter nimiam temeritatem, & quia re indiscussa festinavit accusare; neque instaurare amplius accusationem omissam poterit, nec semel desertam repetere super eodem crimine. *l. 6. C. d. t.* non quod obstat exceptio rei judicatæ, cum res inter alios acta aliis non præjudicet. *t. t. C. inter alios acta vel jud. al. non noc.* sed quod indignum sit, queri sæpius super eodem crimine. Planè indubitati juris est, posse sine calumniæ præsumptione actionem quoque deserere, nempe si id fiat ex necessitate officii. *l. 2. C. de his qui accus. non poss.* vel justo errore, vel iracundiæ calore, atq; abolitio obtenta à Principe sit, vel denique simplicitatis ratione. *l. 13. §. 1. ff. ad sctum Turpil. l. fin. C. eod.*

Thef. XV. Referrì huc potest elegans dubitatio, quam ventilat Harprecht in tractu suo criminali, ad tit. de injur. an scilicet criminis aliquem accusans in iudicio, & non probans, actionem injuriarum

juriarum effugiat, si affirmat & doceat, ex communi famâ se percipisse, quod accusatus crimen designaverit? Equidem satis bellè Impp. in l. ult. C. de probat. sciunt, inquit, cuncti accusatores, eam se rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita. Quibus nisi instructi sint, dolo præsumuntur accusasse, & animo injuriandi, sicque legis severitas adversum illos exercebitur. c. 2. ext. de calumniat. Sanè, quod famam attinet, illa civilibus in causis multum attenditur, imò, si testis accesserit, plenæ, si nullus, semiplenæ probationis vim habens; puta in factis antiquissimis, ubi alia probatio haberi nequeat, secundum communem Dd. opinionem; secus in criminalibus, in quibus vanæ voces populi non sunt attendendæ, quemadmodum tradunt Impp. in l. 12. §. 1. C. de pæn: propterea quod fama nunquam perducatur ad liquidum, omniaque illa tradente. majora vero sunt Q. Curt. g. hist. 2. Unde nec semiplenè ad torturam probat, nisi alia adjuncta indicia eaque sufficientia habeat. Plerumque tamen à dolo excusare solet, tum quia diffundi citius tota Regione possit, tum quia viritim sine auctore percrebescere. hinc poëta:

*Fama malum gravius, quo non velocius ullum
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo.*

Id vero non procedit hoc in casu, maximè si validioribus argumentis & idoneis conjecturis probari dolus possit, nec fama tanti momenti est, ut certam doli præsumptionem valeat elidere. Sicut ex Mascardo refert Harprechtus d. l. Namque præsumitur verè dolus accusantis, quod non satis objectum crimen demonstraverit, neque usus istiusmodi probationibus, quales Impp. in antea allegata lege requirunt quotiens enim de vita hominis agitur, diligentius agendum est. l. addictos 29. C. de appellat. quandoquidem,

Nulla unquam de morte hominis cunctatio fera est.

Ubi namque majus periculum, ibi cautius quoque procedendum. text. in. o. ubi periculum. de elect. in 6. quibus adde, quod sæpius aliqua de re emanat fama, sola suspitione, & absque probabili causa contra veritatem non rarè spargitur. l. fin. ff. de heredi. instit. l. 28. de inoff. test. l. 11. §. 12. ff. ad l. Jul. de Adult. Igitur cum illo & aliis negativè concludo.

Tantum de hac materia; quam fusius pertractare animus quidem.

dem erat, at contra nixa est manifestissima tenuitas, quasi quodam obice salubriter destinata cohibens. Hocque eo magis, cum hodie hoc Edictum & Actio non sit in usu, sed si quæ talis Calumnia occurrat, interesse peti & pœna arbitraria infligi potest. Adde *Menocho*: 2. de arbit. jud. quest. cas. 322. & 360. *Siruv. Exerc. 7. lib. 3. t. 6. th. 60. in fin.*

Thef. XVI. Ad fine huic materiæ est Juramentum calumniæ, de quo operæ pretium arbitror brevissimè quædam libare, & coronidis loco adjungere. Equidem certi juris est, quod jurare liceat, primò cum Dei gloria agitur, veluti in religionis causâ & veræ doctrinæ, 2. privata vel pub. caritatis gratiâ, sic inter Regna & Respub. 3. in veritate 4. in Justitia, 5. in Judiciis imponente magistratu 6. cum omnis humana probatio cessat, etsi quæ similia. Uti omnes omninò Ethici docent.

Thef. XVII. Est vero Juramentum, sive Jusjurandum, sive sacramentum, inter quæ nulla est differentia, *Beuss: in tr. de jur. jur. p. m. 17. n. 29.* in genere invocatio Dei, qua petimus, ut sit testis nostræ asseverationis, & puniat fallentes. *post Cic. Manz. in comm: Instit. §. 11. de action: n. 2. Casp: Bartholin: in epit: philos. mor.* Cui consonat definitio *Dn. Schnobelii*: Jusjurandum est religiosa intentionis nostræ asseveratio sub obtestatione Numinis divini in testimonium veritatis & vindictam perjurii. *dispr. 8. ad l. 12. & 13. Pand: duas continet partes, invocationem scilicet pro veritate, & imprecationem sive vindictæ divinæ petitionem, si falsa sit assertio. Ex quo patet, per solius Dei nomen jurandum esse. Exod: 23. 13. Deut. 6. 4. Matth: 5. 34. 35. non autem per Ethnicorum Divos commentitios, per Sanctos, aut per Creaturas, per Solem, per terram & alios reprobatos execrationis modos, qualiter olim juratum est, uti constat ex *Virgil: 12. Æn:**

Esse nunc Sol testis & hæc mihi terra precantis,

Et pater omnipotens, & tu Saturnia Iuno.

ne per hujusmodi juramentum transferatur ad creaturam honorificentia creatoris. *text: in c. etsi Christus. X. de iurejur. illud namque idololatriæ est crimen, & acerrimè objurgandum. c. considerata. c. clericum. 22. quest: 1. Vide.*

Thef. XV. II. Ratio Juramenti manifesta est, inquit *Oldend.* quum nullum sit præsentius testimonium, quàm divini Numinis, fit, ut tùm jurare dicamur, cum Deum invocamus testem, credendum est

est enim homines, qui aliquid frontis habent, divini nominis testimonium non falso invocaturos.

Thef. XIX. Genera juramentorum tot sunt, quot sunt ea, de quibus juratur. Ut, veritatis, vel credulitatis, malitiæ, testimonii, purgationis. Item obligatorium, confirmatorium, probatorium, suppletorium, decisorium, liberatorium; *Arn. Corv. posth. Pac. l. 3. n. 15.* Nobis pro instituti ratione sufficiat, aliis missis, de calumniæ & malitiæ juramento agere.

Thef. XX. Juramentum calumniæ religiosa litigatorum asseveratio est, qua uterque jurato promittit, se nihil calumniæ causæ vel agere vel respondere, sed juris sui opinione & fiducia fretum. *Arnold de Reyger. disput. 5. process. judic. th. 6.* definitur à *Manz. comm. Inst. de pæn. tem. litig.* quod sit juramentum credulitatis, quod litigantes præstant, de conscientia & bonitate causæ, quam habere opinantur. German. *Der Eyd für geschrde / h. e. daß einer den andern nicht geschren will / Ordinat. Cameral. part. 1 tit. 61.*

Thef. XXI. Juramentum calumniæ duplex est, alterum universale sive generale, alterum speciale vel particulare. Universale erat, quod ab initio litis contestatæ præstabatur super tota causâ tam ab Actore quam Reo. *Beuß. de jurejur. p. m. 52.* quod propterea generale appellatur, quoniam hoc ad causam totam & ad omnes actus Judicii refertur. *Rosbach. tr. civ. tit. 50 n. 3.* Speciale, quod non in totâ causâ, sed in quavis Judicii parte, sive singulis actibus in Judicio occurrentibus sive ab initio sive in medio, sive in fine judicii ab Actore & Reo præstabatur. Quotiens enim aliquis fraudem vel calumniam putabat subesse, totiens ab adversario, ut prius de calumniâ juraret, exigere poterat. *per l. jusjurandum 34. §. qui jusjurandum 4. ff. de jurejur.* Hodie de jure Justiniano sufficit præstari generale calumniæ juramentum, quo præstito non cogitur adversarius in singulis actibus Judicii supervenientibus denuò de calumniâ jurare; ratio, ut juramentorum ac perjuriorum restringatur materia, nec sapius super eodem juretur. Unde unum duntaxat juramentum agnoscimus, quod partes regulariter principio litis contestatæ, & quidem generaliter super tota causâ subeunt. *l. 2. in pr. C. de jurejur. propt. calum. auth. hoc sacramentum. ib. Novel. 49. c. ult. §. 1.*

Thef. XXII. Causa efficiens remota hujus juramenti calumniæ Jus Civile est, & præcipuè Imperator Justinianus, id quod ex

C

§. 1.

§. 1. *Instit. de pen. tem. litig.* & ejusdem ex constitutione evincitur, quæ extat in *l. 2. C. de jurej. propr. cal.* Jure enim civili, ut calumniis & malitiis hominum obviari possit, summa cum ratione ac publicæ utilitatis gratia introductum est, imò etiam, ut timore Juramenti contentiosa litigantium instantia compescatur. *l. 1. ubi Gothofr. C. d. t. l. 2. §. sed quia. 4. eod.* Causa propinqua, ipsæ sunt personæ de calumnia jurantes. Et regulariter omnes litigantes jurant, qui Judicio experiuntur, sive agendo sive excipiendo, idque vel suo nomine faciunt, vel alieno. *D. A. 1654. § 47.* Olim Judices quoque in singulas causas præstare sacramentum cogebantur, per *l. rem non novam. 14. C. de Judic.* hodiè res se aliter habet, & sufficit semel eos in primordio officii sui jurasse. *auth. hodiè. C. d. t.* Ex dicto Jur. Civ. debet in propria persona præstari, vel in illa provincia, ubi quis degit, sub actorum certificatione. *l. 12. §. 4. C. de reb. cred.* sicut & in causis appellationum, ubi privilegia juramentum calumniæ requirunt ab appellante (exceptis illustribus) illud in personam coram iudice à quo præstari debet §. *auth. zum sechsten. 117.* vel etiam ad quem §. 118. Ex jure Canonico à procuratore in alterius animam præstari potest. *c. 2. de juram. calum. in Sexto,* cui consonat. *O. C. p. 1. r. 65. & d. §. 4. D. A. 1654.* Juramentum calumniæ ex Jure Civili non potest omitti, & omissum reddit judicium nullum. *L. 1. C. h. t. secus de jure Canonico c. 1. de Juram. calum. in 8.* ex hodierna consuetudine præstatur ad petitionem Judicis, vel partis *d. §. 47. D. A. 1654.*

Thef. XXIII. Defertur hoc Jusjurandum tam Actori, quam Reo, ut personis principalibus *l. 2. §. sed quia 4. C. de jurej. propr. calum. auth. principales ibid.* sive præsentibus sint, sive absentibus; excepto, si persona fuerit egregia, vel adversa valetudine impedita, quo casu juramentum in domo litigatoris fieri potest, altera parte, vel procuratore præsentem *l. pen. §. 4. & 5. C. de reb. credit.* veluti Doctor, persona valetudinaria, Assessores Judic. Cam. Imp. Auditores Rot. Rom. ratio est privilegium horum. *per l. 15. ff. de Jurejur. vid. Beust in l. ad person. 15. de jurejur. p. m. 310. n. l. 25. & 26.* occurritque in omnibus omnino causis, de quibus in Judicio quæritur, & in quas cadere aliqua calumniæ suspensio potest. *per l. 1. in princ. C. de jurejur. propr. calum.* nisi ob singularem rationem sint exceptæ, veluti Regum & Principum, aliorumq; summam ac regalem dignitatem obtinentium, causæ quas cum liberis suis & libertis agunt Parentes Patronive, causæ criminales

eriminales, & si quæ similes. Adde N. A. 1654. S. 43. *ibi* jedoch der Churfürsten und Ständen verpflichte würckliche Råthe/so viel ihrer Herren Rechtfertigungß Sachen betrifft/ zu excipiren.

Thef. XXIII. Modus jurandi super calumniã est: 1. ut juretur jeiuino stomacho, *per c. honestum. 16. caussa 22. qu. 5. 2. viva voce, 3. assumptione divini Numinis, 4. ut mares erectis primis duobus digitis, sceminæ adpositâ ad sinistrum pectus dexterâ, 5. coram Iudice ubi lis contestata est, auth. principales, in pr. C. de jurejur. propt. calum.* vel, si ad eum pervenire nequeant, coram Officialibus, *d. aurihent. §. 2. & 3. 6. præsentate adversario. per d. auth. §. 2. verb. cum adversaparte. l. 2. §. fin. autem 3. C. d. t. 7. in loco publico.* Et quidem, quantum ad Actorem attinet, iurare debet, se non calumniandi animo litem movere, & quod existimet sese iustam caussam fovere. Reus verò, quod putet, se bona instantia uti, & rectè contradicere *l. 2. vers. & actor quidem. C. de jurejur. propt. calum. dand. Mynsing. ad §. 2. Infit de pœn. tem. litig.* Insuper uterque iurat, quod à Iudice interrogatus dicturus sit veritatem, quod nec dederit, nec daturus sit, nec promiserit, nec promissurus aliquid, ut sententia pro se feratur nisi illis personis, quibus iura non vetant dare, veluti Procuratori, Notario, Advocato. *novell. constitut. 124. in pr. auth. principales. C. de jurej. propt. cal. Job. Emeric. à Rosbach. prax. civ. tit. 59. num. 11.* quod nulla probatione vel allegatione falsa velit uti, nec dilationem gratiã litis differendæ petiturus sit. *l. 1. in princ. C. d. t. quæ capita his circumferuntur passim versiculis à Justo Vultcio fufis:*

Juro, meam litem mihi sultam jure videri,

Nec celaturum, si qua rogatus ero.

Nec promissurum, neque causse falsa levandæ

Dicere, nec litem ducere velle meam.

Coïncidunt cum illis, quos Dd. vulgò allegant: *Hofst. in summa: in fine h. 1.*

Illud juretur, quod lis sibi iusta videtur,

Et si quaeretur, verum non inficietur,

Nil promittetur, nec falsa probatio detur,

Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Thef. XXV. Forma extat apud Emeric. à Rosbach. *in praxi Civ. 50. num. 20.* hæc: *Ihr sollet schweren einen Eyd zu GÖtt dem allmechtigen; erstlich/das ihr glaubet/ auch anders nicht wisset noch weh-*

mer den das Ihr ein gerechte und aufrichtige Sache habet / zum andern
das ihr keinen unnothurfftigen gefehrlichen auffschub und verzug / die
Sachen damit auffzuhalten / suchen noch begehren wöllet. Zum vierd-
ten / das ihr euch in dieser Sachen keiner falschen zeugnuß noch bewei-
fung gebrauchten wöllet / zum fünfften und letzten / das ihr niemand an-
ders den denjehnzigen / so das Recht zulasset / dieser Sachen halber
nichts gegeben / noch verheissen habi / auch forhin nichts verheissen
noch geben wöllet / damit ihr die urtheyll erhalten möget ; alles gerrew-
lich und ohn gefährde. Formulas Juramentorum Calumniae & ma-
litiae in Constitut: Megapol: usitatae vid. in der Land und hoffger. Ordnung
p. 1. r. 24. & 25. & Rosb. gericht's Ordnung p. 1. r. 19. p. m. 63. R. N.
de anno 1654. §. über dieses. 43. ibi. das Juramentum calumniae dahin
zu erstaten schuldig seyn / das sie nemlich eine gerechte Sache zu haben
glauben / was sie vorbringen und begehren / nicht auß gefehrde oder böser
meinung / noch zu auffschub und verlengerung der sachen ; Sondern
allein zur notturfft thun / die Wahrheit nicht verhalten / uff des gegentheiff
vorbringen oder erzehlung der Geschicht in allen seinen umbstenden
ohne gefehrde antworten / und so bald sie auß denen beweisthumen / oder
sonsten in progressu der Sachen befinden werden / das sie eine unrechte
Sache hetten / davon abstehen und sich deren gänglich entschlagen
wollen. Et haec est nova formula hujus juramenti concepta.

Thef. XXVI. Cum hoc juramento ad finitatem habet Jura-
mentum malitiae, estque, quod, quando aliquid malitiose propositum
praesumitur; praestatur tam ante quam post litem contestatam in
quacunque parte Judicii, ex officio Judicis delatum, c. cum dilectus, 32.
S. nos vero, X. de elect. Job, Emeric. à Rosbach. in tract. civ. tit. de juram.
calum. n. 18. Arnold, Corvin. posth. Pac. l. 3. defin. 17. differunt haec Jura-
menta tum jure Canonico, tum inspecto usu fori. Juramentum calu-
mniae generale est de toto Judicio, hoc saltim speciale, aut de ali-
quo litis articulo. Illud semel tantum praestatur, hoc vero saepius
exigitur, & totiens, quotiens expedire hoc Judex viderit. text. in cap.
2. vers. in omnibus. de juram. calum. in sexto. quoad fori usum à Jura-
mento calumniae differt, tanquam species à genere, cum Jusjuran-
dum calumniae generale, malitiae speciale à Doctoribus vocitetur.
Quod tamen Pacius improbat in epitome juris disp. 24. th. 7. p. m. 453.
Haec differentia vero non reperitur in J. C. & ex novissimo reces-
su §. 43. Juramentum Calumniae etiam in quavis judicii parte praestari
[potest]

potest. ibi. in welcherley theil des Gerichts. *Ord. Cam. p. 3. r. 13. S.* dergleichen. *Vide Hahn. in, compend. Jur. Camer. noviss. de juramento calumniæ. p. 13.*

Thef. XXVII. Huius iuramenti formulam proponit idem *Rosbach. cit. loc. n. 21 p. 294.* Ihr werdet schweren einen Eyd zu GOTT dem Allmächtigen/ ob ihr anders daß in ewren gewissen thun möget/ daß ihr daß sehnige so ihr fürbringet und begehret / nicht auß auffschlichen geschrden / noch böser meinung / die Sachen dadurch auffzuhalten und zu erlengern / sondern allein zu ewer nothurfft thut / als war euch GOTT helffe.

Thef. XXVIII. Ratio & finis iuramenti huius præstandi, favor publicus est, & communis utilitas. *text. in l. 2. S. sed quia veremur. C. de juram. propt. cal. ut non solum lites sed & calumniatores minuantur, & ut sacramenti timore litigantium securitas & audacia compescatur. th. 22. sup. ut sit litium compendium, ut per illud eliciatur veritas, partes probationibus exonerentur, veritas causæ manifestetur, ut maiore cum timore & religione iudicia exerceanur. Cass. Manz. ad tit. Inst. de pæn. tem. litig. §. 1. num. 6.* Nam cum homines in exercendis litibus adversarios suos plerumque per fraudem & frustrationem non erubescant vexare in iudicio, uti in anterioribus demonstravimus, omnemque versutiam & malitiam in adversarii incommodum intendendo litem temere moveant atque protrahant. *l. cui necessitas 39. §. 1. ff. de liberal. caus. ideoque non solum ad dirimendas lites, sed etiam compescendum litigantium audaciam & securitatem iuramentum hoc introductum est, princ. & §. ecce enim 1. Inst. de pæn. tem. litig. tum quod malitiam hominum non sit aperienda fenestra l. in fundo 38. ff. de rei vindit. Sed omnibus modis occurrendum, tum quod Reipub. interfit, lites non multiplicari. l. 10. C. de transact. Ayres process. Jur. l. 1. c. 11. observ. 2. n. 1. 2. & 3. Adde & Rauchbar. p. 1. q. 11. per tot.*

Thef. XXIX. Tandem obiter attingi potest, quomodo nimirum Iudæus, qui non credit in sancta Dei Evangelia, iuret. formulam reperi apud *Beust. tract. de iure iur. p. m. 65.* talem: Der Jude mus unter andern seine rechte Hand biß an den Knorren legen uff ein Buch/ die Hebræische Bibel, die Bucher Moysis, oder auff den Thalmrud, darin die zehn gebott geschriben stehn. Et denique iurat hunc in modum: Adonay / ein Schöpfer der Himmel / und des Erdreichs / unnd aller
aller

aller ding / auch mein und der Menschen / die hie stehen / Ich ruffe dich
 an durch deinen heiligen Nahmen auff diese Zeit zu der Wahrheit; Als
 und der N. mir zugesprochen hat umb den oder den handel / so bin
 ich ihm darumb oder daran ganz nicht schuldig oder pflichtig / und hab'
 auch in diesem Handel keinerley falscheit / oder unwarheit gebraucht /
 sondern wie es vorlaut hat / und heuptsach / Schuld / oder sonst was die
 Sach ist / also ist es war ohn alles gefehde / argelist und vorgebligkeit /
 also bitt ich mir Gott Adonay zu helfen und zu bestetigen diese warheit.
 Wo ich aber nicht recht oder war hab' in dieser Sachen / sondern einig
 unwarheit falsch oder betrieglichkeit darin gebraucht / so sey ich Heram
 und verflucht ewiglich. Wo ich auch nicht war und Recht hab' in die-
 ser Sachen / daß mich dan übergehe und verzere daß fiewer / daß Sodo-
 ma und Gomorra übergien / und alle die Fluch' / die an der Thorach
 geschriben sehn / und daß mir auch der wahre Gott / der Laub und
 Graß und alle Ding beschaffen hat / nimmermehr zu hülffe noch zu
 statten komme in einigen meinen Sachen und nöten. Wo ich aber
 War und Recht hab' in dieser Sachen / also helff mir der ware GOTT
 Adonay. Vide Sachsen weichbild p.102. Et plures formas deferendi
 Judæis iuramentum apud specular: in tir: de iuram: calumn: §. 3. vers:
 sed pone Judæus. n. 17. Marant. in p. 3 n. 50. & seqq: Qui vult huius in-
 titutu horrendas iuramentorum formulas scrutari, adeat Petreium
 in Chron: Moscovit: p. 2. p. 391. & Paradinum in Chron. Sabaudia. lib: 3. c.
 49. Natal: Com: lib: 19. p. 405.

Thes. XXX. Placet hic subiicere quæstionem non prorsus in-
 iucundam, nimirum quâ poenâ sit afficiendus periurus? Inquit Imp.
 Alexander in l. 2. C. de reb. cred. Jurisiurandi contempta religio satis
 Deum ultorem habet. Secundum quæ verba opinantur alii, nullam
 de Jure Justiniano constitutam peierantibus poenam, sed tantum
 vindictæ relictos divinæ; ceterum hæc uti intelligatur lex, distin-
 guendum est: sive enim jurat aliquis vi & metu coactus; veluti si captus
 à latronibus juret se pecuniam eis daturum: sive calore quodam;
 ut amoris, quò magis fruatur Amasia, vel iracundiæ; ut si juret, se
 nolle uxorem ducere, pecuniam mutuò dare, fidejubere: sive deni-
 que dolo malo; ut puta in negotiis contrahendis, aut judiciis frau-
 dandi alterius causa. Primo casu, qui coactus juravit, ex jureju-
 rando non tenetur ipso jure, nisi scilicet stipulatio fuerit interposita:
 quia Jusjurandum Jure civili non parit obligationem & actionem, nisi
 cum

cum libertus jurat, se daturum munus, dona & operas Domino l. 7. ff. de oper. libert. Iure tamen Canonico hoc casu absolutio Pontificis requiritur c. verum; 15 X. de iurei. Equidem non est tutum, quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod servatum vergat in interitum salutis aeternae. c. si vero 3. eod. tit. secundo casu non punitur aliquis iure Civil; l. 2. C. ad l. Jul. Mai. l. 2. C. de Reb. cred. Sed reservandus est divinae ultioni, si contra assertum venerit, soli enim sibi nocuit, Beust; de iurei. p. m. 61. tertio casu, qui fraudandi alterius causa consulto peieravit, punitur etiam iure civili, vel privatione dignitatis. l. quoties 17. C. de dignitat. vel infamia. l. si quis maior 41. C. de transact. vel fustibus. l. si duo 13. §. ult. ff. de Jurejur. vel exilio. l. ult. ff. Stellionat. vide Jul. Pac. év. av. 10. §. centur. 3. quæst. 79. Fachin; l. 1. contror. c. 4. De Iure Canonico excommunicatio poena periurii est; si quis ergo periurium admisit, ab Ecclesia repellitur, sive à communione & consortio fidelium, ut nullus cum eo comedat, neque bibat, neque oret, neque in domo sua eum recipiat. text. in c. pradi. eandem fin. causa: 22. qu. 1. Hodie in poen. Constitut. Carol. V. peieranti scripta est poena, & non solum bona periurio acquisita cogitur adversario restituere, in Civilibus scilicet, sed præterea infamiam patitur, & dignitate privatur omni, cum amissione geminorum, quibus præstitit jusiurandum, digitorum. In criminalibus vero causis eam debet sustinere poenam, qua plectendus erat is, contra quem iuravit. Constit. Crim. Car. V. artic. 107. rubric. Straff derjenigen so einen gelehrten Eyd vor Richter und Gericht meynsbig schweren. Et hæc poena in eo locum invenit, qui facit contra iuramentum, quod solenni modo præstari solet, non etiam in simplici assertione vel loquela, cui postea contravenire quis sæpius intendit. quamvis apud Deum & in foro conscientiae nulla sit inter solenne iuramentum & simplicem assertionem distinctio. c. etsi Christus X. de Jurejur. Joan. Emeric; à Rosbach. in tractat. civ. de Juram. test. n. 17. & 18. Itaque periurium caveant omnes, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege & in prophetis & in Evangelio prohibitum. d. c. fin. causa: 22. quæst. 1. Hinc pie Tibullus inquit, 1. eleg.

Ab miser, & si quis primò perjuriam celat!

Sera tamen tacitis poena venit pedibus.

Atque hic discursum de Calumniatoribus & Juramento Calumniæ
Perficere est animus,

Uti-

Utinam ille non inveniret calumniatores, nec in maledicos incidere!
Inquies, Zoile, saltuatim ex aliis exscriptum Auctoribus; at puto
fatius, congerere varia ex optimis quibusque, quam proprio Marte
excogitata cum periculo exponere & proferre; maximè cum nihil
dicatur hodiè, ut Comicus ait, quod non priùs dictum sit, nec fingi
hac ultima senecta quidquam valeat, in quo non exactius desudarint
Majores Nostri, perque ora, perque manus, perque scripturas om-
nia jam à mundo condito prudenter atque graviter meditati: Si
quid erravero, tristi illo in aliquo puncto *ex l. 2 §. si quid. C. de vet. jur.
enuc.* mortalitatis usus privilegio, in veritatis tramitem reduci de-
sidero. Dabit hoc bonus Censor humanæ imbecillitati, quippe omnium
habere memoriam nequit mortalitas, & penitus in nullo errasse,
divinitatis erat, *Imp Justin. in constitut. tanta. de confirmas.*

Digest. §. 14.

Diis grates, laudemq; fero.




SAt laudabiliter! Sic rursus in orbe triumphas,
Et tibi publicitùs, addis, Amice, decus.
Restat, ut orneris palmâ victoribus apta;
Perge, velut voveo, venerit illa brevi.
Nunc ego voce meâ conamina gratulor ista,
Gratabor tituli commata deindè tibi.

*Florentissimo Dn. Amelio, Fautori & Amico
fraterno cum voto omnigena felicitatis
scr.*

Joachimus Berens / Rost.
Juris Stud.





cum libertus jurat, se daturum munus, dor
 ff. de oper. libert. Iure tamen Canonico hoc
 requiritur c. verum: 15 X. de iurei: Equidem
 bet contra iuramentum suum venire, nisi ta
 gat in interitum salutis aeternae. c. si vero 2. eod
 punitur aliquis iure Civil; l. 2. C. ad l. Jul: Ma
 reservandus est divinae ultioni, si contra asse
 sibi nocuit, Beust: de iurei: p. m. 61. tertio casu
 causa consulto peieravit, punitur etiam Iur
 dignitatis. l. quoties 17. C. de dignitat. vel infa
 de transact. vel fustibus. l. si duo 13. S. ult: ff. de J
 stellationat. vide Jul: Pac. in var. 10. P. centur: 2. q.
 trov: c. 4. De Iure Canonico excommunicati
 quis ergo periurium admiserit, ab Ecclesia
 munione & consortio fidelium, ut nullus cu
 bibat, neque oreret, neque in domo sua eum
 eandem fin: causa: 22. qu: 1. Hodie in poen. Co
 ranti scripta est poena, & non solum bona pe
 adversario restituere, in Civilibus scilicet, si
 patitur, & dignitate privatur omni, cum
 quibus praestitit iusiurandum, digitorum. In
 eam debet sustinere poenam, qua plectendus
 iuravit. Constit. Crim: Car: V. artic: 107. rubri
 cimen gelehrten Eyd vor Richter und Gerichte
 haec poena in eo locum invenit, qui facit cont
 solenni modo praestari solet, non etiam in sin
 quela, cui postea contravenire quis saepius in
 Deum & in foro conscientiae nulla sit inter
 simplicem assertionem distinctio. c. nisi Christi
 Emeric: a Rosbach. in tractat. civ. de Juram. test.
 iurium caveant omnes, & ab hoc summo pe
 hoc grande scelus esse, & in lege & in prophe
 hitum. d. c. fin. causa 22. quest. 1. Hinc pie Ta
 Ah miser, & si quis primo perjurium celat
 Sera tamen tacitu poena venit pedibus
 Atque hic discursum de Calumniatoribus &
 Perfecere est animus.

omino l. 7.
 Pontificis
 quemli
 atum ver
 casu non
 cred: Sed
 soli enim
 di alterius
 ivatione
 aior 41. C.
 o. l. ult: ff.
 l. 1. con
 ii est; si
 ve à com
 neque
 c. predi
 V. peie
 a cogitur
 famiam
 inorum,
 ro causis
 ra quem
 sehnen so
 peren. Et
 n, quod
 e vel lo
 vis apud
 entum &
 ur: Joan:
 que per
 scientes
 elio pro
 eleg.

alumnia
 Uti-

